
4134.

IR


In novos magisterii honores, quibus ornatus est Jacobus Bonnus Ripensis, Amici.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]

DA BOX

BIBL … GIA · HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]

Ευφημίαι

TVM IN NOVOS MAGISTERII HONORES,

quibus ornatus eſt Idibus Martij Anno Chriſti cIↄ. Iↄ. IIIC. â Spectabili Dn. DECANO Viro Clariſs. FRIDERICO TILEMANNO V. I. D. ibidem,

RECTORE MAGNIFICO & Reuerendo Viro Dn. DAVIDE RVNGIO S. S. Th. D. & P. P.

ORNATISS. AC DOCTISS. Dn. IACOBVS BONNVS RIpenſis Danus:

TVM IN EIVSDEM EX CEleberrima VVitebergenſium Academia in patriam abitum, conſcriptæ ab amicis.

VVITEBERGAE,

Typis Zachariæ Lehmanni,

Anno M. D. XCVII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]

IN MAGISTERIVM.

BONO NISV CVBAS: SVB BONO VINCAS.

NIteris acclives Parnaſsi ſcandere colles, (CVBAS.
Eugè BONO NISV, ſtrenue Bonne,
Vſq; adeò bonus eſt hic niſus, præmia ſummo
Vt tua nunc Virtus vertice digna legat.
Ne tamen hoc niſu defungi protinus auſis,
Hic tibi grandis honor grande mouebit onus.
Fortiter hic humeros ſuppone, ferendo SVB illo
Vir ſis, & VINCAS, pondere, Bonne, BONO.
Sic tibi, quæ jam nunc circum tua tempora ſerpit,
Florida perpetuo germine laurus erit.

M. Iohannes Melfürer Culmbac: F.

ALIVD.

IACOBVS BONNVS.
SVBI BONVS: CANO.

DVm ſua Leucoreæ depromunt munera Divæ,
Et Lauro cingit Phæbus Apollo comas:
BONNE, ſimul quoq; caſtra S U BI BONUS ampla, tuoq;
Præmia quò capias digna labore vide.
Hæc tua nam longo meruit jam tempore virtus,
Et labor in Clariјs officioſus agris.
Delius inde tibi favet, inde novena ſororum
Turba tua crebrò carmine læta cluit.
Ecce Magiſtralem Pataræus Apollo tiaram
Porrigit, ecce novum fert Iove nata decus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]

Lætus adi, IACOBE, BONVSq; recentis honoris
Dona SVBI, tibi, quod vult tua flamma, CANO.
Metra CANO, (nam metra placent, ſint ruſtica quamvis)
Et titulos pleno gratulor ore novos.
Sit tibi fauſta precor Laurus, ſit grata paternis
Mœnibus, & domui dives honore tuæ.

M. Caſparus Conradus
Vratislavienſis.

ALIVD.

Q Vem Virtutis amor ſemel
Naſcentē nitida ad ſydera vexerit,
Illum non Atavus potens
Clarabit: nec opes diuitis Indiæ:
Nec ſi condat in horreum
Multum, quod patrijs verritur areis,
Ornatum faciet virum.
Virtus ſola viam monſtat ad integram
Laudem, nec potis eſt mori.
Non clareſcere plauſu populi petit,
At ſola eſt ſibi præmium.
Nec cuiuis reſerat pulchra palatia
Multis obſita ſentibus:
Sed faſtigia cliui ſuperantibus.
Hæc doctum quoq; BONNIVM
Affecit merito in vertice munere,

Atq;

Atq; hunc à Clario choro
Excultum varijs pectore dotibus,
Exornare decentibus
Eſt dignata Magiſtri titulis noui.
Ergò jam lacerantium
Famam, dente minus læditur inuido.
O virtus venerabilis,
Magnis quæ comites tollis honoribus.
O magnum quoq; pauperi
Donatura homini, ſi libeat gradum.
Totum muneris eſt tui.
Hoc inter Iuuenes quod comes eſt tuus
Tantis auctus honoribus,
Quod multis placet, ac diligitur, tuum eſt.

Tobias Roth. Neuſtadien-
ſis Orylanus.

IN ABITVM.

M. IACOBVS BONNVS RIPENSIS DANVS.
SOSPES NVNC ABI IN NIDVM SVB ORAS.

MAgnus honor, patriâ paraſangis cedere multis,
Pluraq; cum varijs viſere regna ſcholis.
Major honos, Clarias caput exſeruiſſe per artes,
Inq; peregrinis nomen habere locis.
Maximus at, tandem virtute ac artibus amplum,
Exornare ſuos cum pietate focos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]

Dignum laude virum, meritoq́ ſub aſtra locandum,
Qui tribus his junctis clarus in orbe viget.
Hoc ipſum præſtare ſolo cum laude paterno,
Optima jamdudum mens tibi, BONNE, fuit.
Hinc etiam longè patriâ tellure remotus,
Luſtraſti doctis clara Lycea viris.
En ventis, velisq́ ſimul felicibus uſus,
Ritè peregiſti jam, bone Bonne, duo.
Viſiſti varias hinc inde ſub æthere terras,
Pugnaſti caſtris fortis in Aonijs.
Vnde tibi Phœbæa recens quoq́ tempora Laurus
Cinxit, & â Sophiâ nomen habere dedit.
Ecce peregrinis tua ſic quoq́ nomina terris
Cognita, ſic candor cognitus, atq́ fides.
Quod reſtat, quò rura tuâ virtute paterna
Condecores, jam nunc en quoq́ promtus adis.
Promtus adis, patriosq́ paras remeare penates,
Atq́ ſtudes gazis participare tuis.
Res bona, BONNE, tibi, ſed non mihi triſtior ulla;
Nam ſic colloquio privor, amice, tuo.
Pauca dies, ſcis ipſe, mihi te junxit amantem;
Heu quàm ſejungit te mihi longa dies!
O duros, nimium duros Rhamnuſidis aſtus!
Queîs hominum mirè corda volucris agit.
Non adeò longum eſt, his cum SEVERINVS ab oris
Diſcedens, nobis triſte, VALETE, dabat.
Tu nunc ſuccedis certò jungendus eidem,
O oculis nunquam fors revidende meis!
Sed quia ſic viſum Iovæ, dilecte, SUBORAS (ABI.
IN NIDVM patriæ NVNC, peto, SOSPES

SOSPES

SOSPES ABI, lætusq́; tuas ſuccede SVB ORAS,
CONRADVMQVE tuo pectore ſemper habe.
Vtq́; fides huius mihi ſit certiſſima, dextrâ
Ad me ſæpe, rogo, littera ſcripta volet.
Sic facies, mihi quò ſis preſentiſſimus abſens,
Sic mea, quò præſens ſim tibi, Muſa dabit.

M. Caſparus Conradus
Vratislavienſis.

ALIVD.

PHabe faue, teſtudineo mulce aera cantu,
Vt leue, dulciſono carmine, fiat iter.
Nam tua Leucoreis Soboles excedit ab
Ad patrioſq́; viam cogitat ire Lares. (oris,
Dulcius urbe quid eſt patria? quid amœnius ar-
Quîs Ataui rutilo fumat ab igne focus? (vis
Stemmate Siſyphio florens generoſus Vlyſſes,
Flagrauit patrij ſemper amore ſoli.
Non Ithiacæ ardorem Circe ſopire valebat,
Herbarum magico ſaga miniſterio.
Non vario modulans proles Acheloia cantu
Ad patris immenſum limina clauſit iter.
Non ſe Carnivori Cyclopis inhoſpita ſivit,
A patrio avulſum, tecta, tenere foro.
Seu ramo claſſem per vaſtum pelleret æquor:
Seu pede corriperet, quâ via ducit, iter.

Seu Sol

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]

Seu Sol Aegocerum cæli luſtraret in ima
Parte, & ſæviret frigore triſtis hyems.
Seu ſummo peragrans in vertice brachia Cancri,
Torreret ſicca terrea regna ſiti.
Non illi tantos durum ſubijſſe labores,
Dum patrias ſedes conſequeretur, erat.
Huc ades eia igitur Muſarum præſes Apollo,
Dum tua cura patris geſtit adire domum.
Neu comes ire neges Iuueni tua ſigna colenti,
Pieridesq́; tuas ad latus ire ſinas,
Namq́; tua florem conſumpſit in arce juuentæ,
Atq́; tibi nomen ſub tua ſigna dedit.
Duc Bonnum, quò fata trahunt, immota, Iacobū,
Illius ſi te mutuus urit amor.
Quod ſupereſt, Ductor cum jam tibi prævi9 adſit,
Me pia vota tibi fundere, amice, juvat.
Eueniant tibi fælici, precor, omine cæpta,
Fortunata tuam dirigat aura ratem.
Vive memor noſtri, fautor, perdocte Iacobe,
Nec Rothi nomen eijce mente, Vale.

Tobias Roth. Neuſta-
dienſis Orylanus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]

4134

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4134 4° [42,-223]